Fragmentarium

quod ubi possunt inveniri a
liquam quantitatem est magis
sit de corpore nunc quam in magno
no igno igne. et tunc non
erit impossibile. ut sit gravior
et si dixerunt quod res est levi
or propter vacuum quod est in eo
dicemus tunc necessario contin
git ut aliqua quantitas
ivi que semper movetur ad
inferius levior et levi simul
que semper movetur ad super
quod est impossibile. leve enim
simpliciter semper est levius rebus
gravibus que ad inferius
moventur. levius enim non
semper est leve gravia autem
dicuntur leviora se invicem
ut dicamus quod aqua est
levior terra. Si igitur dixerint quod va
cuum erit nunc oportet ut
sit equale pleno quod est in
eo ita quod sit levius et gravius
dicemus quod etiam propter hoc ingenium
non potuit evadere a questione
nostra quoniam ex hoc nostro sermone
contingit vobis impossibile.
In igne enim multo et in
igne pauco cum existit de

corporeitate quantum de
vacuo. et secundum hoc movetur
ignis multus ad superius citius
quam paucus. et similiter aurum
et plumbum multum movetur
ad inferius citius quam paucum
et similiter alia gravia. et non debet
esse ita. si grave et leve essent
secundum distinctionem eorum.

Cum [illegible] dixit opinionem dicentium vacuum esse de gravi et levi. et contradixit omnibus modis possibilibus dici naturaliter esse causa levius reversus est ad contradicendum eis qui dicunt quod causa levitatis est vacuum ad perficiendum sermonem in hoc numerando modos secundum quos possibile est imaginari vacuum esse causam levitatis et post ea destruendo unumquodque eorum. et abreviatio sui sermonis est quod dicentes vacuum esse causam levitatis non possunt evadere a tribus modis. aut ut dicant quod leve est istud in quo est paucum de pleno. et grave est illud in quo est plenum multum de pleno. aut ut dicant quod leve est illud in quo est multum de vacuo et grave est illud in quo est parum de pleno. aut ut dicant quod leve est istud in quo est de vacuo plus quam de pleno et grave econtrario. Si igitur dixerint quod leve est illud in quo est paucum de pleno contingit eis ut istud ex partibus terre plus in quo est de pleno minus quam in parte magna ignis sit levius terra quamvis sit terra quod est impossibile. et si dixerint modo secundo et est quod leve est in quo est multum de vacuo contingit eis ut pars magna terre sit levior parte parva ignis. Nam pars magna terre constat ex multo vacuo. et si dixerint tertium modum esse. scilicet illud cuius proportio vacui ad plenum est maior quam gravium. contingit etiam eis impossibile. scilicet ut velocitas parvi ignis et magni esset equalis quod est contrarium visui. ignis enim magnus est velocior. et similiter de terra. scilicet ut terra magna non sit velocioris descensus quam parva et causa huius est quia proportio vacui ad plenum eadem est in terra magna et parva. et similiter dixit. Dicamus igitur etc. id est et dicamus quod dicentes causam levitatis ignis esse multitudinem vacui necessario contingent eis hoc impossibile quod dicam. Deinde dixit In igne enim est de corporeitate etc. id est contingit enim eis dicere quod in levi simpliciter scilicet igne oportet esse de corporeitate minus et de vacuo maius.

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 45, fol. [25]v – Aristoteles, <i>De caelo</i>, with commentary by Averroes (https://fragmentarium.ms/view/page/F-tq1r/9563/70267)